

ORATIO FVNEBRIS VI

nis nō est habendū per qd̄ uitā adipiscimur sempiternā. **N**isi boni plurimum esset in morte: nunq̄ dixisset sapientissimus ille **David**: **P**reciosa in conspectu domini mors sanctorū eius. **Q**uod si beneficio mortis terrestri hac omī mortalitate perturbationibusq̄ exuti immortalitātē simul cum tranquillitate induimur: si ne resurgere quidem licet: nisi animi a corpore separatio antecesserit: nolimus per deum immortalem: nolimus mortem in malis ducere: quā aut est optima: aut optimorū bonorum causa. **I**taq̄ ponendæ sunt la- chrymæ: reprimēdi gemitus: & animi dolor sedandus penitus. **N**ā **Dolor** cum omīs perturbatio grauis sit: omniū tamen molestissima est & perniciosissima ægrotudo: cui⁹ ui atq̄ impetu sæpe factum legim⁹: **Ægrotudo** audiui⁹: uidimus: alios in ægrotationes incurabilis incidisse: alios furore insaniaq̄ correptos: alios sibi manum cōscidisse. **E**t ne prolixius nostra protrahatur oratio: prudentissimus ille mihi uide ri debet: qui & naturæ legi non aduersatur: & æquo animo fert ne cessitatem.

Hæc quidē oratio habita est in templo diui **Francisci**: decimotertio **Kalēdas** septembris: **A**nno a natali christiano: **M**illesimo quadringentesimo sexagesimo quarto.

Francisci Philelfi Oratio funebris pro magnifico equite aurato ducaliq̄ senatore Stephano Frederico Tode/ schino.
VI

Quamq̄ non obscure futurum animaduertam illustres uiri **Stephanus fre** & amplissimi patres: ut mea hæc omnis de **Stephani Fre/ derici Todeschini** obitu: hominis sane & præstantis & ma- **dericus** gni tumultuaria consolatio: nō tam persuasiois apud uos locum: q̄ impetudinis consequatur: uolui tamē in hac uāhemētī ac prope communi omniū uestrum acerbitate pertinacius eorum uoluntati refragari: qui apud me & auctoritate & gratia ualere plurimū & possunt & debent. **N**am si alia etiam omnia quæ huic tanto tam pio: tam singulari: tam eximio muneri pernecessaria quib⁹ nō tē- essent: quæ certe adesse nequaquā sentio: duo tamē sunt quib⁹ nō tē- mere a dicendo non deterreor. **Q**uo enim pacto aut ausit aut spe- ret quispiam consolari alios: qui uel in primis cōsolandus ipse sit: **N**on enim possum nō dolere & grauiter & permoleste ferre eius ui- ri obitum: cui⁹ uita tum nostro diuo principi **Philippo Mariæ An/ glo** suauissimis suis moribus periucūda: tum bonis omībus grata:

FRANCISCI PHILELFI

quippe qui intelligerent commune sibi quoddam & firmissimum patrociniū: præsidium: opem in eius salute positam ac locatū esse.

His igit nō absurde cum officij aut auxiliij quicq; uel aduersis uel secundis in rebus suis desiderant: **V**irgilianū illud liceat crebra memoria atq; lachrymis usurpare: **Q**uis te paliure deorum eripuit nobis? **Q**uod autem secundo loco me ab huiusmodi oratione magis atq; magis dehortatur: est recentior & inusitatus dolor acerbior uulneris: cui si mederi intempestiue studeo: uereor ne uim doloris aggrauassem potius q̄ ulla ex parte leuem: faciam tamen necesse est quod imperiti medici nōnunq; solent: qui ubi grauius agrotantes curandos acceperunt: ueriti ne si diutius tardarunt fore ut morbus & inualefcat & incrudescat magis: non graues solū sed etiam periculosas curationes adhibent. **E**t ita fit fortuna quadam: ut q̄ sana ratio desperarat: temeritas bonam saepe ualitudinem afferat.

Demades
Demosthenes

Nolim autem miretur quisq; si in hoc subito & repentino dolore ac luctu subita quoq; & repentina nostra erit oratio: sapiatq; **D**emaden magis q̄ **D**emosthenem. **E**x tempore enim mihi dicendum fuit nullo apparatu: nulla præmeditatione: nullo ordine uti licuit tanq; tumultuarius miles in aciem descendo. **M**agna profecto iactura nobis: & ea pene intolerabilis patres amplissimi in huius magnifici & excellētis uiri **T**odeschini obitu facta est. **A**misimus enim eum qui nullius officij: nullius bonitatis: nullius erat uirtutis ex pers. **N**am cum ab ineunte ætate accepisset duas esse uirtutes ac uias hominū animis propositas: quarū altera per temporales actiones: altera quæ in contemplandis æternis rebus uersatur perueniretur ad deum: non solum ut sciret: sed longe magis ut saperet operam omnem suam industriam omnē diligentiam accommodauit.

Iob

Memoria enim tenebat quod **Iob** uir sanctissimus loquebatur: pietatem sapientiam esse: malis autem abstinere scientiam. **N**ihil uero magis esse ex media pietate q̄ deū colere: quippe qui & uera & unica sapientia sit: & omnis rerum temporalium scientia ab ipso manat: id quod tum alij nōnulli: tum **A**postolus **P**aulus plane docet: inquiens: **A**lij quidem per spiritum datur sermo sapientiæ: alij sermo scientiæ scđm eundem spiritū. **E**t **Iob**rem non solum has nobis inferioresq; uirtutes: prudentiam: iusticiam: fortitudinem: temperantiam egregie in omnē uitam secutus est **T**odeschinus: sed multo magis atq; magis sapientiam ipsam. **I**ntelligebat enim per huiusmodi temporalium rerum cognitionem: & humanæ turpitudinis fugam iter sibi quoddā parari ad immortalem deū: q̄ tamen se nunq; esse ad eum omnino deducturum: nisi & pium ipse se & il-

Paulus apłus

si⁹ incōprehēibilis & ineffabilis maiestatis indefessum observatio-
 re cultorēq; prastitisset. Itaq; nihil tāti faciebat: quanti diuinā reli-
 gionē. **E**a se recreabat & reficiebat: ea se dies noctesq; oblectabat:
 nec illorū quicq; aut omittebat aut pratermittebat: quā sacrosan-
 cta christiana fide prācipianē. **T**unc se sancti & boni uiri officio ma-
 xime fungi arbitrabatur: cum nihil quod a diuina lege abhorreret:
 sed quod fas piumq; uidisset facitaret. **P**rædicare palam consueue-
 rat q; **P**ausanias **P**listonatis filius cuiusdam olim responderet: leges **P**ausanias
 uiris nō legibus uiros dominari oportere. **E**t quoniā omī in re deū
 semper ante oculos poneret: cui nihil occultū esse iudicabat: nihil
 erat eius fide cōstantius: nihil certi⁹: nec promissi pœnitebat unq;. **E**a
 em̄ in promittendo grauitate utebatur: & ita metiri omīa ac con-
 spicere studebat: ut nemini unq; iniuriam faceret. **Q**ua in re illud re-
 gis **A**gesilai minime probabat: **C**ui cum quidam aliquando di- **A**gesilaus rex
 ceret: **A**t promissisti: eodēq; sapius reuolueret: **I**ta me hercule pro-
 misi inquit: si istud quidem est iustum: sin autem iniustum: locutus
 sum: nō promisi. **N**ihil em̄ neq; promittēdum: neq; ullo pacto per
 simulationē dissimulationēue dicendum esse censebat: quod a iusti-
 cia honestateq; foret alienum. Itaq; **A**gin illum quem **L**acedæmo- **A**gis
 nio⁹ ultimū regē prodidere: mirū in modū laudabat: qui cū parē-
 tes ut quippiam per iniusticiā sua gratia ageret: hortarentur acro-
 garent. **V**bi aliq; diu contradixisset: & illi nixius urgerēt ait: **Q**diu
 apud uos fui nullam tenebam iusticiæ notionem: **A**t posteaq; me
 patriæ tradidistis huiusq; uirib⁹ itemq; iusticia atq; probitate pro
 uirili parte institutis: hæc enitar: & non uos sequi. **E**t quia uultis
 me quæ optima sunt agere: optima uero sunt quæ iusta fuerint: cū
 homini priuato: tum ualde magis principi: quæ uultis agam: quæ
 dicitis missa faciam. **N**on igitur mirari quemq; oportet: si tanta cū
 æquitate: moderatione & abstinentia ius omībus diceret: si nullius
 nec precibus nec opibus a iusticiæ & pietatis regula dimoueri unq;
 potuit: adeo erat & magno & inuicto & elato animo: ut nulla earū
 rerū cupiditate caperetur: quas uulgi maxime haberet in precio.
Quotus enim quisq; est: qui si cui negotio procurationiue præfue-
 rit: non iure possit repetundarum arcessi. **N**equaq; hi cum animo
 secum reputant: quod & prudenter & uere **A**lchanes **T**helecri fili⁹ **A**lchanes
 aliquando respondit. **N**am cum quis percunctaretur: q; ob rem a
 mesenitis munera nō accepisset: **Q**uoniam si accepissem inquit: le-
 ges pace frui nequiuissent. **A**t cum **T**hodeschinus ei a nostro huma-
 nissimo principe magistratui præfectus esset: quo nullus ali⁹ inter
Insubres **L**iguresq; omnis neq; maior est neq; illustrior: quippe

FRANCISCI PHILELFI

quod eius ditioni iurisq; reddendo omnes sacerdotum omniū dignitates: quæ permultæ amplissimæq; sunt: subijciuntur ac parent: nō modo a nemine munera unq; accepit: sed eos etiam pro sua grauitate acerrime castigabat: qui uel post iudicatam causam disceptionemq; omnino compositam & tranquillam huiusmodi aliquid sibi detulissent. Existimabat enim homo prudentissimus decere iudicem & magnum uirum non corruptela solum: sed omni corru-

M. Curius ptela & auariciæ suspitiōe uacuum esse. Proindeq; & **M. Curius** fa-
Photion ctum: quia a **Samnitibus** aurum dono missum noluisse accipere: non poterat non probare: & quod **Photion** **Atheniensis** his respō-

Alexāder rex derat: qui centum ad se talēta donaturi attulissent: laudibus ad ca-
lum extollebat. Nam cum rex **Alexander** regale id pulcherrimūq;
munus ad eum misisset: nuncios rogauit **Photion** quid tandem in
toto **Atheniensium** numero se solum **Alexander** ea pecunia dona-
ret: qui cum respōdissent: quoniam solum ipsum **Alexander** duce-
ret: & bonū & æquum uirum: proinde ait: sinat me & uideri & esse
talem. Quis igitur heu talem & tantū uirum nō iure nobis ereptū
doleat: præsertim hac turbulentissima tempestate: cū ei⁹: tum præ-
sentia: tum uirtute maxime opus esset. Non em̃ is erat qui **Titanū**
ut ita dicamus ac gigantum genere senatum existimaret. Nam qui
ex illis ortū sibi uendicaret: perpetuas cum deo inimicitias gerere
ab eoq; puniri nō dubitabat. Sed quod iustis omnibus innocentib⁹
busq; uiris cōmune est: & ab deo se certe opinabatur: & ad deum re-
ditum sibi facilem expeditūq; patere. Nos em̃ dii **Coloniā** inferio-
rem hūc orbem incolere: quia & **Coloniæ** ciuitatum illarum a quib⁹
missæ fuerūt: & iura & leges sequi obseruareq; cōsueuerint: ite-
dem & nos diuinæ iusticiæ atq; pietati lege celesti obstrictos esse.

Agis Quod si religiose casteq; tueremur: breui fore ut tanq; ex laborio-
sa quadam peregrinatione atq; exilio potius q̃ carcere ex hac mor-
tali uita moleq; corporea in ciuitatē patriam: in caelestem liberta-
tem: in beatitudinem sempiternam reuocaremur. Itaq; stultos &
insanos appellabat: qui uentri & somno dediti: qui uel inanib⁹ uel
turpissimis obnoxij libidinibus: nec unde uenissent: nec quo redeū-
dum foret: nec qui tandem ipsi essent cogitarent. Nec em̃ nos cor-
pus esse: sed aliquid maius corpore multoq; præstantius & diuini-
us. Nam minime dici frustra nos ad dei imaginem creatos. Præter

Apollo rea nunq; ignorauit antiquum illud: siue dei **Apollinis**: siue sapien-
tis alicuius dicere maluerimus: & apud omnes celebratum grauis-
simūq; præceptum: Nosce teipsum. Nam aliud nihil esse interpre-
tabatur seipsum noscere: q̃ ut animū suum esse immortalē: & cor

pus mortale quisq; cognosceret. Quacūq; igitur ageret: quacūq; diceret: quacūq; deniq; cogitaret: ad immortalitatem animi: ad beatam uitam cælestemq; referebat. **Meminnerat** quod **Simonides** poeta **Pausania** regi **Lacedæmoniorum** consuluerat: se hominem esse. **Meminnerat** bonorum mortem non esse interitum omnia dissipatē atq; desentem: sed uel separationem quandam animi a corpore: hoc est immortalis uitæ a uita mortali: uel sempiternum somnum: ut **Plutarchus** ait. **Tam** diu autem sempiternum quoad cælestis illa tuba insonuerit. **His** igitur cogitatiōibus **Todeschinus** utens: ac sese per omnes humanæ ac diuinæ uirtutis modos exercēs & deo charus & hominibus admirandus est redditus. **Non** enim sine quadam diuina dilectione atq; benignitate tantā in huius sæculi fluctibus ac naufragijs prosperitatem ad ultimā usq; diem expertus est: & eam certe prosperitatem propterea firmā atq; immutabilem qd̄ omnia deo & non fortunæ: quod **Leutyichides** etiam ille primus monebat: semper credidisset. **Qui** em̄ spem suam in deo collocarit: nunq; se sua fallit spes. **Respicit** semper deus pios & iustos homines: eosq; non modo tuetur: sed rebus secundis om̄ibus auget atq; amplificat. **Verum** quid cælestia quæq; supra nos sunt pluribus consecremur. **Quanti** esset hic uir florentissimus facundus: satis nobis illustrium uirorum laudatissimarūq; uirtutū optimus æstimator pramiatorq; ostendit: sapientissimus princeps nobis: qui ubi mirabili illa sua acutissimi ingenij ui & diuino quodā mentis aspectu omnia diligentissime rimatus penitus perspexisset: nihil in eo esse quod minus fidem & integritatem saperet. **Quem** adhuc infans a patre summo principe ad sese instituendum formā dūq; acceperat: non aliter semper apud se habuit & omni honore dignatus prosecutusq; est: q̄ uel **Chironem** uel **Phœnicem** **Achilles** traditur. **Nec** id quidem ab re: animaduertebat enim in **Todeschino** facilitatem: humanitatem & modestiam singularem: mirificam animi constātiā atq; magnitudinem rerum gerendæ: intelligentiam non uulgarem: eximiā grauitatem quadam ingenua comitate conditam: præcipuam innocentia: egregiam æquitatem: fidē incorruptā: pietatē inauditam. **Quæ** certe singillatim om̄ia aliaq; permulta dum mecū ipse cōsidero: non possum equidem eius obitu non uahementer moueri: angī: excruciarī. **Nec** **Stoicis** assentior qui quod natura fieri nō potest: agritudinem omnē amouent: **Nō** em̄ sum animo perfractō: saxeo: ferreo: adamātino. **Verū** cū rursus expendo me: & qua cōditōe nati oēs sum⁹ intueor: facile intelligo

FRANCISCI PHILELFI

huiusmodi omnē dolorē frustra a nobis suscipi. **Q**uid em̄ per imortalem deū tantopere mouere nō debet. **N**on uolumus cū natura pugnare. **Q**uā tanta demētia nobis est. **Q**uā deliratic. **Q**uā tanta demū infania. **A**n illud quod græcog sapientissimus apud **H**o-

Vlyxes merū **Vlyxes** loquū: nunq̄ audiimus. **N**ihil homine infirmius tellus animalia nutrit. **I**nter cuncta magis. **A**n qui mortales nati sumus perinde atq̄ dei similes quin potius supra deum. (**N**am deus ipse mori etiā uoluit) ueluti cū deo ipso quo imortales futuri sum⁹ cōtendere audemus. **A**n ignoramus non in hoc terreno cœno: sed in cælesti illa & triumphali gloria immortalitatē parari nobis. **H**o-

Plato mo em̄ (ut inquit **Plato**) nō terræ: neq̄ imobilis plāta est: sed cæli: cuius caput: in quo mentē & rationē & intellectū posuit: & ex quo reliquū corpus uersum ad terrā prodeat: ueluti radix sit erectum ad cælum. **Q**uid præterea hæc uita quæ tot tempestatibus: tot naufragijs: tot incēdijs: tot ruinis obnoxia: erumnosa plane mors est: adeo delectare nos debet: ut cū eius ergastulis & uinculis nostri alii qui liberantē: flere: lamētari: lugere nō desinamus. **N**ō iniuria illud

Epamynōdas prudētissimi ducis **Epamynōdæ** dictum uideo a ueterib⁹ laudari: qui cū tempore leuictricæ cladis audisset bonū quendā & fortē uirum animā efflasse: **O** **H**ercules inquit: quod ocium uir hic nactus est: ut inter tot negocia ac turbationes per ægrotationem ex hac uita discesserit. **D**iscessit inq̄ **T**odeschin⁹ ex hac mortali uita ætate iā ultima: mente sana & sensibus integris: post omīa quæ externa uocantur bona in medijs totius **I**taliæ procellis ac fluctibus: **E**t ita discessit ut quoniam bene & beate uixerat: mortem quā inuocare nō cogere tur foelicissimam sibi duceret. **N**am cum sciret eum male uiuere qui semper in uita fore se putaret: ita boni animi semper stuit: ut nihil ei inopinatum possēt accidere: & mortem ipsam quandoq̄ ueniret non inuitus expectaret. **Q**uibus quidem orationibus id tandem est mea sentētia assecutus: ut quod semper optarat: nunc per hanc quā mortē uulgo appellamus: immortalis effectus immortalē deum coram aspiciat: & quod humano generi ultimū sempiternūq̄ bonum est & uero & solido & incōmutabili & æterno fruatur gaudio. **Q**uare nolumus obsecro patres amplissimi uæ hementius dolore affici q̄ oporteat: & qd̄ non diu post tempus docebit: huiusmodi necessitatem æquo animo ferēdam esse. **I**am hinc ratio ipsa docere nos incipiat: ne nostro uideamur non alterius torqueri incommodo: & alienæ quodammodo inuidere foelicitati. **M**ediolani in templo diui **Ambrosij**: **M**illesimo quadringentesimo quadregesimo.